

The Journal of Theological Studies

JULY, 1921

DOCUMENTS

NICETA OF REMESIANA

DE VIGILIIS

AND DE PSALMODIAE BONO

LIST OF MANUSCRIPTS CITED.

(1) AUTHORITIES FOR BOTH DE VIGILIIS AND DE PSALMODIAE BONO (DE UTILITATE HYMNORVM)

- R Codex Vaticanus Reginae lat. 131: saec. ix-x. The MS contains the last half of *de vigil.* (from ch. v l. 12 of my edition [Burn 61. 3] onwards), foll. 148 b-153 a (fol. 152 is an inserted or misplaced leaf, in a different hand, having nothing to do with our sermons): followed by the whole of *de psalm.*, foll. 153 a-159 a. It is my fortunate discovery of this first-class authority for the text which justifies and indeed necessitates a new edition. This is the only MS whose readings I record in full in the apparatus.
- B Codex Vaticanus Palatinus lat. 210 (from Lorsch) of writings of St Augustine: saec. vi-vii: foll. 178 a, 183 a.
- C Codex Parisinus Nouv. acq. lat. 1448 (from Cluny): saec. ix: foll. 145 b, 148 b. In these two MSS (representatives of a large family containing a collection of writings of St Augustine) our two sermons appear in what is definitely an abbreviated and altered recension. Nevertheless apart from its alterations—and these proceed generally on certain well-marked lines, easy to be recognized and isolated—the B family cannot be neglected for the matter which it retains, since its leading representative is older than any other MS of the sermons, and is very carefully written. I have adopted its orthography in the chapters where R is not extant, and sometimes even against R. B fully repaid a new collation.

(2) AUTHORITIES FOR DE VIGILIIS ONLY

- a Codex Cantabrigiensis Bibl. Univ. Dd. vii 2 of the writings of St Jerome: saec. xv. Dr Burn calls this MS A, and in other cases I have followed his notation of the MSS: but to avoid confusion with the much older A of *de psalm.* I have in this case changed the symbol to a.
- H Codex Mediolanensis Ambrosianus A 226 inf.: saec. x: fol. 224 b. Collated by Mgr G. Mercati, who has generously put his collation at my disposal. A MS full of small blunders, but invaluable in chaps. i-v as a check upon a.
- Isid Isidore of Seville *de ecclesiasticis officiis* i chapters 21, 22 (*de vigil.* v 6-15, vi 20-22, vii 8-11).

(3) AUTHORITIES FOR DE PSALMODIAE BONO ONLY

- A Codex Cavensis (the Spanish Bible of La Cava: C in Wordsworth Vulgate): saec. viii-ix: fol. 101 a. Among the preliminaries prefixed to the Psalter.
- V Codex Vaticanus 5729 (the Bible of La Farfa): saec. xi-xii. At the same place as in the La Cava Bible. Fol. 253.

INCIPIT DE VIGILIIS SERVORVM DEI
TRACTATVS NICETAE EPISCOPI

I. Dignum est, fratres, aptumque prorsus satisque conueniens de sanctis uigiliis nunc dicere et proferre sermonem, quando ipsa lucratio geritur a sollicitis. nox ecce est caligo corporis quae non solum homines sed etiam cunctos somno detinet animantes, ut reformatis uiribus
5 per soporem possint diurnos labores sustinere uigilantes. bonus Deus, qui ita prospexit, ita constituit, ut HOMO EXITVRVS AD OPVS SVVM ET AD OPERATIONEM SVAM VSQVE AD VESPERVM haberet uicarium tempus in quo a laboribus duris et multa fatigatione requiesceret. ergo diem AD OPVS, noctem fecit ad requiem, et pro hoc, sicut pro omnibus, gratias
10 debemus agere illi qui praestitit. nouimus autem multos hominum, ut aut maioribus suis placeant aut sibi aliquid peculiariter prosint, noctis particulam ad aliquod opusculum segregare, et id pro lucro ducere quod furati de sopore suo operari potuerint. a Salomone uero laudatur et femina quae pensa et lanificium ad lucernam uigilanter exercet: addidit
15 etiam quod ex hoc laus VIRO EIVS IN PORTIS et gloria magna nascatur. quod si in carnalibus instrumentis, id est uictui ac uestitui necessariis, qui uigilat non reprehenditur, immo laudatur, mirari me fateor esse aliquos qui sacras uigilias tam spiritali operè fructuosas, orationibus hymnis lectionibus fecundas, aut superfluas aestimant aut otiosas aut
20 (quod his est deterius) inportunas.

II. Et quidem si sunt homines a religione nostra alieni qui ista sic sentiunt, non est mirum. quomodo enim profanis religiosa placere possunt, quibus si placerent, nostri essent quod sumus, utique christiani? si uero nostri sunt quos uigiliarum saluifer actus offendit (ut nihil de his deterius suspicer), aut pigri sunt aut somniculosi aut senes sunt uel infirmi. si pigri sunt erubescant, quia illis insonant uerba Salomonis VADE AD FORMICAM, O PIGER, ET AEMVLARE VIAS EIVS. si somniculosi sunt, expergiscantur, scriptura proclamante O PIGER, QVOVSQVE DORMIS? QVANDO AVTEM DE SOMNO SVRGIS? MODICVM QUIDEM DORMIS, MODICVM SEDES,

I. 6. Ps. civ (ciii) 23 13. Prov. xxxi 13, 18, 23

II. 6. Prov. vi 6 8: *ib.* vi 9-11

Titulum e BC restitui: add INF. DE VIGILIIS SERVORVM DEI NICETAE EPCĀ B²

I. 2. proferre a H: conferre BC 3. geritur BC: exigitur a (H) corporibus BC 4. somno: *praem* in BCH reparatis BC 5. uigilantes: uiuentes a H 7. uesperam a 8. *tr* duris laboribus a (H) ergo . . . praestitit (l. 10) BC: prestitit a qui prestitit H 12. ad a H: in B; om C 13. potuerunt B* a Salomone . . . nascatur (l. 15): om BC 16. ac BCH: aut a 17. mirari H: *praem* et a; *aliter* BC 18. orationibus a H: + scilicet BC 19. lectionibus BC: + que a H 20. his H: id a; *aliter* BC

II. 1. et quidem a H: equidem BC 2. sentiant a 3. quod BCH: quia a 5. senes: *praem* quod his est proximum (*quae lectio in textu reponi debuit*) H quod his est primum a sunt BCH: om a uel a H: aut BC 7. somniculosi: formidolosi a

PVSILLVM AVTEM DORMITAS, PVSILLVM VERO COMPLECTERIS MANIBVS 10
 PECTVS. DEINDE SVPERVENIET TIBI TAMQVAM VIATOR PAVPERTAS,
 INOPIA AVTEM SICVT BONVS CVRSOR CITO VENIET. si senex es, quis
 te compellit ut uigiles? quamquam et non compulsus pro aetate tamen
 uigilare debes: et si stare non potes, et tuam cogitas impossibilitatem,
 non debes iuuenes et ualentes ad tuum reuocare torporem, quod 15
 propter uarias temptationes iuuentutis se ipsos propensioribus macerare
 debent uigiliis. si uero infirmus es membris, quod facere non potes
 noli reprehendere: immo RIGA et tu secundum prophetam LACRIMIS
 STRATVM tuum et dic SI MEMOR FVI TVI SVPER STRATVM MEVM: iniunge
 etiam uigilantibus ut te suis precibus iuuent, quo adiutus a Domino 20
 super lectum doloris tui canere possis, et tu quandoque merearis dicere
 IN MATVTINIS MEDITABAR IN TE, QVIA FACTVS ES ADIVTOR MEVS. alio-
 quin stultum et satis extraneum est ut quia ipsi currere non ualemus
 bene currentibus derogemus. nam etsi non possumus, debemus congra-
 tulari potentibus. sic enim ut de consensu malitiae participatur cum 25
 facientibus poena, sic participatio gloriae speranda est de consensione
 bonitatis. alios enim effectus coronat, alios pia uoluntas laetificat.

III. Nec sane onerosum uel difficile uideri debet etiam delicatis
 corporibus in septimana duarum noctium, id est sabbati atque dominici,
 portionem aliquam Dei ministerio deputare: ista enim quasi purificatio
 est dierum quinque uel noctium, quibus stupore carnali ingrauescimus
 aut mundanis actibus obsoletamur. 5

Nec erubescat aliquis in bono studio sanctitatis, cum non erubescant
 improbi in perpetrando opere foeditatis. merito ergo scriptura in
 Prouerbiis ingerit EST CONFUSIO QVAE DVCIT AD PECCATVM. in bono
 enim opere CONFVNDI PECCATVM est, sicut in male faciendo non
 confundi pernicies est. si sanctus es, ama uigilias, ut thesaurum tuum 10
 uigilando custodiens ipse in sanctitate serueris. si peccator es, magis
 curre ut uigilando et orando purgeris, dum tunso pectore frequentius
 clamas AB OCCVLTIS MEIS MVNDA ME, Domine, ET AB ALIENIS PARCE
 SERVO TVO: qui enim AB OCCVLTIS iam desiderat MVNDARI, nescio an
 eum delectet istis miseriis inquinari. 15

18. Ps. vi 6 (7) 19. Ps. lxiij (lxii) 7 22. *ib.* 7, 8

III. 8. Eclus. (*non* Proverb.) iij 21 13. Ps. xix 12, 13 (xviii 13, 14)

12. cito ueniet (*e vers.* 11* ἀοκνος ἦξει) *a* H: *om* BC 14. uigilare debes
scripsi: uigilas *a* H uigilare debent BC 21. quandoque B C H: aliquando *a*
 22. in te *a* H, *cf.* Ps. lxiij (lxii) 7: + domine B C, *ut* *iv l.* 20 24. debemus:
 + non inuidere sed B C

III. 2. dominici B C H: dominicae *a* 5. obsoletamur B C (H): oscitamus *a*
 6. erubescat aliquis B C H: erubescant aliqui *a* cum *a* C H: quia B 7. in-
 probi B C H: *om a* 9. male B C: malo *a* H 11. custodiens H: custodias *a*
 custodientes B C 14. *tr* iam ab occultis *a* nescio an eum B C H: necesse est
 ut eum non *a* 15. istis *a* H: iisdem B isdem C

IV. Res exigit, karissimi, ut de auctoritate uigiliarum et anti-
 quitate, deque ipsa utilitate pauca dicamus: magis enim quilibet
 labor suscipitur, si ante oculos proponatur ipsius laboris utilitas. anti-
 qua est uigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus sanctis. Esaias
 5 denique propheta clamat ad Dominum DE NOCTE VIGILAT SPIRITVS MEVS
 AD TE, DEVS, QVONIAM LVX PRAECEPTA TVA SVPER TERRAM. Dauid,
 et regio et prophetico sanctificatus ungento, ita canit DOMINE DEVS
 SALVTIS MEAE, IN DIE CLAMAUI ET NOCTE CORAM TE. et in alio
 psalmo MEMOR FVI IN NOCTE NOMINIS TVI, DOMINE, ET CVSTODIVI LEGEM
 10 TVAM.

Sed forsitan in lectulo suo positus haec cantabat: quod aliquanti
 pigriores sufficere putant, si tantum in stratu suo aut oret unus-
 quisque aut psalmum forte submurmuret. quod quidem et ipsum bonum
 est; Dei enim semper et ubique meminisse salutare est. sed quod
 15 sit melius exurgentem conspectui diuino assistere, accipe eiusdem
 prophetae aliam uocem quae et tempus et locum et habitum depre-
 cantis ostendit: IN NOCTIBVS INQUIT EXTOLLITE MANVS VESTRAS IN
 SANCTA ET BENEDICITE DOMINVM. et ne uespertinas tantum horas
 NOCTES aestimes appellatas, occurrit et dicit MEDIA NOCTE SVRGEBAM
 20 VT CONFITERER TIBI SVPER IVDICIA IVSTITIAE TVAE. ecce habes et
 tempus expressum exsurgendi, et sollicitudinem quomodo Deo confitearis
 ostensam.

V. Adhuc consideranti mihi intentionem sanctorum maius aliquid
 ac laboriosius occurrit, et ultra humanae naturae condicionem suggeritur,
 cum eundem audio prophetam psallentem SI ASCENDERO [IN] LECTVM
 STRATVS MEI, SI DEDERO SOMNVN OCVLIS MEIS AVT PALPEBRIS MEIS
 5 DORMITATIONEM AVT REQVIEM TEMPORIBVS MEIS, DONEC INVENIAM
 LOCVM DOMINO, TABERNACVLVM DEO IACOB. quis non stupeat tantam
 in Dei amore animi deuotionem, ut somnum sibi, sine quo utique
 corpora humana deficiunt, penitus interdixerit DONEC LOCVM ac

IV. 5. Is. xxvi 9 7. Ps. lxxxviii 1 (lxxxvii 2) 9. Ps. cxix (cxviii) 55
 17. Ps. cxxxiv (cxxxiii) 2, 3 19. Ps. cxix (cxviii) 62
 V. 3. Ps. cxxxii (cxxx) 3-5

IV. 1. res exigit a H, cf. psalm. ix 2 (Burn 76. 6): tempus exigit BC karissimi
 H kk B kmi C 5. dominum BC: deum a H 7. et 1° BC: om a H 8. et
 in alio psalmo a H: item dicit BC 11. sed forsitan... assistere (l. 15): om BC
 12. putant H: putauerunt a ore a 14. enim e coniectura suppleui: om codd
 17. ostendit a H: ostendat BC inquit B C H: om a 19. noctes scripsi: noctis a
 H B C 20. tibi a H: + domine BC ecce BC: om a H 21. tr. exurgendi
 expressum a tr et exurgendi BC.

V. 2. ac BC: et a H tr naturae humanae BC 4. stratus BC² H (cf. iv l 12
 supra): strati a stratum C* 6. non stupeat... amore BC Isid: non stupeat
 in tantum dei amorem: H enim tantum stupeat dei amorem a 7. utique
 corpora humana B C H Isid: tr h. u. c. a 8. deficiant a ac B C H Isid: ad a

templum Domino fabricandum rex et propheta reperiret? quae res nos debet fortiter ammonere, ut si ipsi LOCVS DOMINI esse uolumus et 10
TABERNACVLVM eius

[fol. 148 b] ac templum cupimus haberi perpetuo (sicut Paulus asserit dicens VOS ESTIS TEMPLVM DEI VIVI), in quantum possumus exemplo sanctorum uigilias diligamus, ne et de nobis dicatur, ut psallitur, DORMIERVNT SOMNV M SVVM ET NIHIL INVENERVNT. quin potius gratu- 15
labundus unusquisque iam dicat IN DIE TRIBVLATIONIS MEAE DEVM EXQVISIVI MANIBVS MEIS NOCTE CORAM EO ET NON SVM DECEPTVS, quia BONVM EST CONFITERI DOMINO ET PSALLERE NOMINI TVO ALTISSIME, AD ANNVTIANDVM MANE MISERICORDIAM TVAM ET VERITATEM TVAM PER NOCTEM. | [fol. 149 a] haec et huiusmodi tanta ac talia ideo sancti illi 20
cecinerunt et scripta reliquerunt, ut nos eorum posteris paribus excitemur exemplis ad celebrandas etiam noctibus nostrae salutis excubias.

VI. Sed a ueteribus ueniamus ad noua, a ministris legis ad ministros euangelii, ut de nouo etiam testamento uigiliarum gratia consignetur. ANNA FILIA PHANUELIS, VIDVA continens, ORATIONIBVS AC IEIUNIIS SERUIENS, NON DISCESSISSE DE TEMPLO DIE AC NOCTE in euangelio legitur. PASTORES illi sanctissimi, dum SVPER GREGEM SVVM nocturnas 5
exercent uigilias, et angelos in splendore uidere et CHRISTVM NATVM in terris primi audire meruerunt. iam uero institutio Saluatoris nonne tota ad uigilandum auditores exsuscitat, siue in parabola illa boni seminatoris dicendo DVM DORMIRENT HOMINES VENIT MALVS ET SVPERSEMINAVIT ZIZANIAM IN TRITICVM ET ABIIT—qui si non dormissent, nec 10
malus fortasse zizaniam seminare potuisset—siue cum dicit LVMBI VESTRI PRAECINCTI ET LVCERNAE ARDENTES, ET VOS SIMILES HOMINIBVS EXPECTANTIBVS DOMINVM SVVM QVANDO REVERTATVR A NVTIIS: BEATI SERUI ILLI QVOS CVM VENERIT DOMINVS INVENERIT VIGILANTES: ET SI VESPERTINA inquit | [fol. 149 b] HORA VENERIT ET SI MEDIA NOCTE ET 15
SI GALLI CANTV ET INVENIAT EOS VIGILANTES, BEATI SVNT. ILLVD

13. 2 Cor. vi 16 15. Ps. lxxvi 5 (lxxv 6) 16. Ps. lxxvii 2 (lxxvi 3)
18. Ps. xcii 1, 2 (xcii 2, 3)
VI. 3. Luc. ii 36, 37 5. Luc. ii 8 sqq 9. Matt. xiii 24, 25 11. Luc.
xii 35-40 15. (Marc. xiii 35)

10. fortiter B C H *Isid*: firmiter a domini a H: dei B C 12. INCIPIT DE VIGILIIS AC TEMPLVM CVPIMVS Nos etenim ffs carissimi si templum cupimus habere perpetuo adtendamus apostolum dicentem Haberi perpetuo sicut paulus adseret etc R fol. 148 b 16. tribulacionis R 18. sallere R 19. adnunciandum R

VI. 1. nouam R 2. ut B C: ut et R; om a H 3. fanuelis R 4. descessisse R die ac: diac R 6. in splendore uidere B C: in splendore (om uidere per homoeoteleuton) R H; om a 7. nonne tota R H (et ita optime Burni): nonne omnes B etc nomine tota a 9. dicenda (sc parabola) R 10. zizaniam R H et 11. zizaniam R* H: zizania vell potuissit R 13. expectantibus R nubis B* nuptiis R 15. note R 16. bati R* illud . . . suam (l. 18): om B C

AVTEM SCITOTE QVIA SI SCIRET PATER FAMILIAS QVA HORA FVR VENIRET, VIGILARET VTIQVE ET NON SNERET PERFORARI DOMVM SVAM. ITAQVE ET VOS ESTOTE PARATI, QVIA QVA HORA NESCITIS FILIVS HOMINIS
 20 VENTVRVS EST. nec uerbis solum docuit uigilias, sed etiam confirmauit exemplo: testatur namque euangelium quia ERAT Iesus Pernoctans in oratione dei. pernoctabat Dominus [non sibi, sed] ut scirent serui inopes et infirmi quid agere deberent, quando DOMINVS, DIVES
 25 duraret. sic et increpat Petrum tempore passionis dicens SIC NON POTVISTI VNA HORA VIGILARE MECVM? et ad omnes iam † diriget † VIGILATE inquit ET ORATE NE INTRETIS IN TEMPTATIONEM.

Haec uerba, haec et eiusmodi exempla, oro uos, quem non de profundo etiam somno et morti simillimo ualeant suscitare?

VII. His instructi sermonibus, his confirmati documentis, beati apostoli et ipsi uigilarunt et uigilias imperarunt. Petrus in carcere NOCTV ab angelo excitatur, et ipso reserante PORTAM FERREAM IN DOMVM MARIAE PERVENIT | [fol. 150 a] VBI ERANT MVLTII CONGREGATI, non
 5 stertentes utique sed ORANTES. idem in sua epistula ponit et dicit SOBRII ESTOTE, VIGILATE, QVIA ADVERSARIVS VESTER DIABOLVS TAMQVAM LEO RVGIENS CIRCVIT QVAERENS QVEM TRANSVORET. Paulus et Sileas IN CVSTODIA publica CIRCA MEDIAM NOCTIS HORAM ORANTES HYMNVM AVDIENTIBVS VINCTIS DIXISSE memorantur, ubi REPENTE TERRAE MOTV
 10 FACTO ET CONVVSIS CARCERIS FVNDAMENTIS ET IANVAE SPONTE APERTAE ET OMNIVM VINCVLA SVNT SOLVTA. idem beatus apostolus a Troade PROPECTVRVS SERMONEM PRODVCEBAT VSQVE IN MEDIAM NOCTEM, accensis LVCERNIS QVAMPLVRIMIS IN CENACVLO, ex quo EVTICHVS ADVLESCENS SOMNO PRESSVS, DISPVTANTE PAVLO PROLIXIVS, A FENESTRA
 15 DEDVCTVS CECIDIT DE TERTIO TECTO ET SVBLATVS EST MORTVVS. quo statim reddito uitae, VSQVE AD LVCEM SERMOCINATVS Deo gubernante PROPECTVS EST. idem beatus apostolus quam ualide quam copiose super exercendis uigiliis adhortatur, Thessalonicensibus quidem scribens

21. Luc. vi 12 23. Rom. x 12 25. Matt. xxvi 40, 41

VII. 3. Act. xii 6, 10, 12 6. 1 Pet. v 8 8. Act. xvi 23, 25, 26 12 Act. xx 7, 8, 9, 11

17. si: sci(ret) *primis curis* R* 18. utiqvae R pereforari R* 22. non sibi sed a B C H: om R, *fortasse recte* scirent . . . sic et (l. 25): *aliter* B C

23. inopes et a H: in opere R 24. quasi fortis mus H, cf *ymb.* v (Burn

42. 10-17 quasi deus): et fortissimus R² nec fortissimus R* quam fortissimus a

25. sic 1°: si R* 26. potuistis R* diriget R: dicit a B etc 29. simile R

VII. 1. inscructi *ut uid* R his 2°: hi R* tr. et ipsi beati apostoli R

5. stertentes a H: sternentes R dormientes B C 7. circuit: om R querens

R Sileas B H: Syllaes a Silas R C 8. orantem? R* himnum R* 9. terre R

10. factu R* spontae R 11. a Troade . . . copiose (l. 17): om B C. 12. ser-

mone R 17. ualidae R cupiose R 18. adortatur R

ITAQVE NON DORMIAMVS SICVT CETERI SED VIGILEMVS ET SOBRII SIMVS :
 NAM QVI DORMIANT NOCTE DORMIANT ET QVI INEBRIANTVR NOCTE EBRII 20
 SVNT: NOS AVTEM QVI DIEI SVMVS SOBRII SIMVS. et mire concludit:
 SIVE inquit VIGILEMVS SIVE DORMIAMVS | [*fol. 150 b*] SIMVL CVM ILLO
 VIVAMVS. ad Corintheos autem VIGILATE, STATE IN FIDE, CONFIRMA-
 MINI, VIRILITER AGITE. sic et ad Effesios scribit ORANTES OMNI
 TEMPORE IN SPIRITV, ET IN HOC IPSO VIGILANTES. se quoque exemplum 25
 ponens in catalogo uirtutum suarum functum se VIGILIIS MULTIS apud
 Corintheos gloriatur.

VIII. Haec sufficiant de antiquitate et auctoritate uigiliarum:
 superest ut secundum promissum ordinem de earum utilitate aliqua
 proferamus, quamquam sentiri magis potest per exercitium ipsa utilitas
 quam loquentis sermone narrari. GVSTANDO enim VIDETVR QVIA SVAVIS
 EST DOMINVS, sicut scriptum est. qui ergo GVSTAVIT, intellegit 5
 sentit quantum pondus pectoris uigilando deponitur, quantus mentis
 stupor excutitur, quanta lux animam uigilantis et orantis inlustrat,
 quae gratia quae uisitatio membra uniuersa laetificat. uigilando timor
 omnis excluditur, fiducia nascitur; caro maceratur, uitia tabescunt, castitas
 roboratur; cedit stultitia, accedit prudentia; mens acuitur, error obtun- 10
 ditur; criminum caput diabolus gladio Spiritus uulneratur.

Quid hac utilitate maius? quid istis lucris commodius? quid hac
 delectatione suauius? quid ista felicitate beatius, teste etiam pro-
 pheta | [*fol. 152 a*] qui in principio psalmorum SUORUM BEATVM VIRVM
 describens, summam beatitudinis eius in hoc uersiculo collocauit si IN 15
 LEGE DOMINI MEDITETVR DIE AC NOCTE. bona est quidem diurna
 meditatio, bona oratio, sed multo gratior et efficacior est nocturna
 meditatio: quia per diem necessitates uariae obstrepunt, occupationes
 distrahunt mentem, sensum multiplex cura dispergit; nox autem secreta,
 nox quieta, oportunam se praebet orantibus, aptissimam uigilan- 20
 tibus, dum carnalibus occupationibus expeditum collecto sensu totum
 hominem diuinis conspectibus sistit.

Inde diabolus, diuinarum semper rerum callidus aemulator, sicut
 ieiunia et uirginitatem uanam et baptismata inania suis cultoribus dedit,

19. 1 Thess. v 6, 7, 8, 10 23. 1 Cor. xvi 13 24. Eph. vi 18 26. 2 Cor. xi 27
 VIII. 2. cf. cap. iv l. 2 supra 4. Ps. xxxiv 8 (xxxiii 9) 14. Ps. i 1, 2

19. itaque... autem (*l. 23*): om BC 20. nocdormiunt R* 24. sic et...
 gloriatur (*l. 27*): om BC 25. in 2°: om R* 26. cata loco R
 VIII. 2. aliqua R 3. exercitium R B²: exercitium B* 5. quia R*
 6. ponderis R uigilandum R* quantus mentis stupor excutitur a B C H :
 om per homocotel R 9. fiducia R 10. stulticia R 13. dilectatione R
 suauius: add sup lin R² 15. beatitudinis R² (*sed m p*) B etc: beatitudinem (R*?) a
 uirseculo R conlocauit R 17. efficacior R 19. nox: uox R
 20. prebet R 23. inde... nisi (*l. 29*): itaque (*ceteris omissis*) B C
 emulator R 24. baptista R*

25 ita et hoc sanctum aemulatus officium nocturna sacra et uigilias suis commiseronibus addidit. unde iam nostri, si de suorum institutione non excitantur ad obeundas uigilias sanctas, uel in aduersarii eas usurpatione cernentes alienas a Dei rebus non esse fateantur: quas non imitaretur inimicus ad suorum deceptionem, nisi Deo placitas esse co-
30 gnosceret ad celebrantium benedictionem.

IX. Tantum, karissimi, qui uigilat oculis uigilet et corde, [fol. 151 b] qui ORAT SPIRITV ORET ET MENTE; quia nec satis utile est oculis uigilare et animo dormire, cum e contrario ex persona ecclesiae scriptura testetur: EGO INQUIT DORMIO ET COR MEVM VIGILAT. curandum est etiam ne
5 nimietate cibi uel potus uigilantis pectus oneretur, nec foeditate ructantes et crapula non solum ipsi nobis insuaues simus sed etiam gratiae Spiritus indigni iudicemur. dixit namque uir quidam inter pastores eximius: SICVT FVMVS INQUIT FVGAT APES, SIC INDIGESTA RVCTATIO AVERTIT ET ABICIT SPIRITVS SANCTI CHARISMATA. ergo, tamquam diuino fungendo
10 ministerio, ante nos per abstinentiam parare debemus, ut ingrauantibus expediti libere uigilare possimus. cogitatio quoque mala pellatur, ne male uigilantis ORATIO FIAT sicut legitur IN PECCATVM. sunt enim et ex maligno uigiliae; sicut in Prouerbiis legitur quia ABLATVS EST SOMNVS AB OCVLIS EORVM: NON ENIM DORMIUNT INQUIT NISI MALE FECERINT. sed
15 absint, [fratres,] absint ab hoc conuentu tales uigiliae; sit noctis huius uigilantium pectus clausum diabolo apertum Christo, ut quem labiis sonamus corde teneamus. tunc erunt acceptabiles nostrae uigiliae, tunc pernoctatio salutaris, si competenti diligentia et deuotione sincera ministerium nostrum diuinis obtutibus offeratur. |

X. [fol. 153 b] Haec de uigiliarum auctoritate et antiquitate, necnon etiam de utilitate, dicta sufficiant. de hymnorum autem psalmodiarumque deuotione, quam grata sit et acceptabilis Deo, nunc quantulumcumque dixissem, nisi ratio prolixior uolumen aliud postularet.
5 et quod Domino largiente tribuitur sequenti exhibebitur lectione.

IX. 2. cf. 1 Cor. xiv 15 4. Cant. v 2 8. S. Basil. Hom. i de ieiunio
12. Ps. cix 6 (cviii 7) 13. Prov. iv 16

25. sanctum aemulatus a H: sc̄s aemulator R nocturna sacra et scripseram, et
ita H: nocturna sacre R nocturna et a 27. obeundas Mercati: obaudiendas R
eibeundas H habendas a

IX. 1. tantum R B C H (cf. psalm. xiii 1): tamen a 2. mete R* nec
satis: neces. primis curis R uigilaret ut uid R* 5. uigilantis R: uigilaturi
(-turatorum B C) a H B C, cf. l. 9 feditate R ructuantes R 6. gratiam R
8. ructuatio R 9. fungendo scripsi: fungendi R: functuri a H (celebraturi
B etc) 10. ingrauantibus expediti scripsi: ingrauatissimi R* p' grauatissimi (et addit
non sup lin) R² ingrauatissimi expeditissimi H integrati expeditissimi a ingrauatissimi et expediti
B 12. uigilantes R et: om R 15. fratres absint a: absint H et longe
absint B C; om (per homoeoteleuton ad finem lineae) R

X. 2. de hymnorum . . . lectione (l. 5) R B C: aliter a H 3. salmodiarumque R*
5. tribuitur conieci: tribuit R; om B C

NOTES TO THE *DE VIGILIIS*.

title. tractatus Nicetae episcopi. The name Niceta is given by the B family at the head of both tractates, and as it is correct their evidence should be accepted. The word tractatus depends on the sole testimony of two MSS of the family on this one occasion: but it is a term characteristic of the early centuries of Latin Christianity in the sense of a sermon—it is the commonest term also for the Nicene Creed until that became raised to the level of what was at first simply the Symbolum—and I see no reason to doubt its genuineness.

I. 2. proferre sermonem *a* H: this seems more appropriate than conferre sermonem of BC Burn. 3. geritur with B family: the verb occurs thrice in *de psalm.*: exigitur *a* Burn eaigitur H. 4. somno with *a*: in somno B *etc.* H Burn. I suspect the shorter text the more likely to be Niceta's: I think he tends to omit prepositions and use the plain ablative, cf. vi l. 25, *psalm.* ii 12, iii 18. reformatis *a* (H), cf. Burn 7. 3 'ad similitudinem dei reformati': reparatis B *etc.* Burn. 7. uesperum with BCH Burn: uesperam *a*. Either form is classical; one naturally follows the oldest MSS in such things. uicarium: *i.e.* alternate. 8. ergo... praestitit (l. 10) with B family and Burn: *a* H omit the sentence, save for the last word, but that is a tell-tale indication that the intervening matter has fallen out by some accident.

13. a Salomone... nascatur (l. 15): the first of many serious omissions in the B family. The text it gives is an emasculated and abbreviated edition, but the MSS of this family are much earlier in the *de vigiliis* than the representatives of the complete text, and therefore, apart from long omissions, and apart from their dislike of the direct use of the first and second person singular, in which Niceta delights, their testimony must always be considered.

17. mirari H: et mirari *a* Burn (B *etc.* paraphrase): it seemed to me that it spoils the rhythm of the sentence (and rhythm is a very good guide for the true text of Niceta), before I knew of the evidence of H. 19. lectionibus B *etc.*: lectionibusque *a* H Burn. The asyndeton is more characteristic of Niceta's style.

II. 3. possunt... christiani? 'Seeing that if religious things did please them, they would be of our side and what we are, namely Christians'. This, which I am sure is the right sense, requires only a fresh punctuation (the MSS are, one may say, devoid of authority for punctuation) and the substitution of quod with BCH for quia of *a* Burn. 4. salutifer: salutifer sermo is cited from Maximus of Turin.

5. senes sunt BCH Burn. *a* prefixes to senes the words quod his est primum, 'which sound as though they concealed some genuine phrase': so I wrote before I knew of the quod his est proximum of H, which should have been placed in the text. 14. uigilare debes: this I restore from the uigilare debent of the B family, which seems to give a more appropriate sense than the uigilas of *a* Burn. Niceta says that no one forced old people to come to watch-night services, but that they ought to come if and as they could.

24. debemus *a* H: + non inuidere sed B *etc.* Burn, but I do not think that the words are genuine.

III. 2. dominici BCH: dominicae is read in this case by *a* only, though, as the oblique cases of dominicum (= the Lord's Body, or a church) would collide with those of dominicus (dies), I think that dominica was the form usually employed in the latter sense. 5. obsoletamur B *etc.* Burn: doubtless right against the oscitamus of *a*, for obsoletare in the sense 'to defile' is found in Tertullian *Apol.* 15, *Scorpiace* 6 'uestitum obsoletassent nuptialem'.

6. erubescat aliquis BCH: erubescant aliqui *a* Burn, but the singular is more in Niceta's style, and corresponds

to the *si sanctus es, si peccator es*, that follow. *cum non erubescant* H : *quia non erubescunt* B *cum non erubescunt* a C 7. *inprobi* B C H Burn : *om a*, presumably by error. 11. *custodiens* H : I had already restored this from the *custodientes* of B C (the B family turns the whole context into the plural), against the *custodias* of a Burn. It seems to be a case of a dependent clause, rather than of two co-ordinate clauses. 12. *curre* *codd* Burn : I thought at first (and so did Dr Mercati) that we ought to alter to *cura*; but *currere* is a favourite word of Niceta's, cf. cap. ii l. 23 above, *de diuersis appellationibus* (Burn 4. 23) '*curre ad uitae fontem*', *ad competentes* fragm. I (*ib.* 6. 2) '*ad fidem currentibus*'. 14. *nescio* an eum B C H : *necesse est ut eum non* a Burn. 15. *delectare* is a favourite word of Niceta's: for the construction cf. *de diuersis appell.* (*ib.* 5. 8) '*numquam te peccare delectabit*'.

